



SECTIO I.

DEVM ESSE ET SIMVL QVOQVE
HOMINEM HOC CHRISTIANORVM
AEIQMA VERE PVGNANTIA
NON PRONYNCIAT.

§. I.



Summae necessitatis hancce, quam primam nunc adgredior, disputationem haud fuisse, id nemo sane iudicabit, qui, quod in fronte dissertationis promittitur, non leui animo, sed, vti postulo, prudenter satis et adcurate fuerit contemplatus. *Moralem* enim, vt aiunt artium periti, veritatem, qua se nobis diuina Christi natura commendat, apud me constitutum erat, in hacce dissertatione exponere; id est ab vtilitate, ad quam, tamquam insignem atque maximam, vera Christi diuinitas conducit, contra Socinianos hic concludere volebam, vbi per ipsa eorum placita Christus erat aeternus atque verus Deus declarandus. Qui vero, quaeso, fieri hoc ita poterat, vt Socinianos commouerem, nisi *logicam* veritatem, siue, *to posse hu-*

B

ius